



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 140. Cæsar Perpiniani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

quo Affertiones Joannis Parvi damnari, Sæcul. XV.
earumque pertinaces defensores tanquam A.C. 1415.
hæreticos declarari postulavit.

§. CXXXIX.

Alia scripta pro Joanne Parvo.

Refutavit hoc scriptum Episcopus Atrebatenensis, concludens, damnandas non esse hasce propositiones, easque sifillatim vindicavit, & nonnisi per fraudem Joanni Parvo imputatas fuisse asseruit. Aliud adhuc composuit opusculum, in quo has propositiones ad fidem non pertinere ostendit, Ducas Burgundiæ famam injuste in Synodo denigratam fuisse, literas quoque Regis Galliæ in hanc rem scriptas subreptitie extortas, imo accepto Regem inter & Burgundum pacis initæ nuntio omnino revocatas fuisse. Denique plura alia prodierunt scripta, exstatque sententia a Cardinale Aquileiensi concepta, quam a Synodo hac in caufsa pronunciandam proponebat. Reliquum anni tempus mediis, quibus hoc negotium absolveretur, investigandis dabatur; sed cassio omnino labore.

§. CXL.

Imperator Perpinianii.

Cæsar nonnisi decima octava Septem- Spond. hoc
bris an. n. 57.
L 3

Sæcul. XV.
A. C. 1415.

bris die Perpiniani advenerat, diutius enim Narbonnæ morabatur, nuncium præstolaturus de recuperata Arragoniæ Regis salute. Interea tamen Petrus de Luna jam mense Junio Perpinianum accessit, sed exeunte dicto mense inde abiit, Valentiam profectus; quippe Cæsarlis adventum expectare haud libuit. Ex eadem urbe Sigismundus de suo adventu Petrum certiores reddidit, rogavitque, ut rediret; ast ille, priusquam Cæsarlis precibus acquiesceret, securitati suæ data fide cautum esse postulavit, dixitque, se Perpinianum non reversurum, nisi Pontificali habitu ornatus comparere posset. Respondit Imperator ejusdem Legatis, suum non esse in alieno regno publicæ fidei literas dare, nec se illum ut Pontificem, sed tantum ut Cardinalem recepturum. Nihilominus accedente Arragonum Regis auctoritate Petro petitam securitatis syngrapham concessit; Petrus autem de Luna, ubi intellexit, sibi in ea duntaxat Cardinalis dignitatem attribui, Perpinianum venire renuit, missis duntaxat quibusdam articulis, quibus plura ratione minus consona postulavit, nimirum, ut vel Lugduni, vel Avenione, Montispeffulani, aut alibi convocaretur Concilium, in quo, prævia Pontificatus sui confirmatione, cedere paratus esset, ea tantum lege, ut Cardinalis Legatus a Latere habere-

beretur cum pleno jure disponendi tam in Sæcul. XV.
spiritualibus, quam in temporalibus per A.C. 1415.
omnem suam obedientiam, necnon ut
cuncti, quos ad qualemque officium
vel dignitatem promovisset, confirmaren-
tur, atque in Synodo a se ipso convo-
canda quæcunque adversus eum in Pisa-
no Concilio decreta fuissent, ante omnia
velut irrita, ac omnino nulla declararen-
tur. Imperator hisce conditionibus re-
jectis, denuo Petrum ad Perpinianense
colloquium sollicitabat; hic vero non nisi
post frequentes impulsus tandem compa-
ruit.

§. CXLI.

*Seditio in Bohemia ob Hussi sup-
plicium.*

Vix Joannis Hussi supplicium Pragæ in- Æn. Sylv.
notuit, cum ingens ibi erit seditio. c. 36.
Cochl. l. 4.
Eiusdem discipuli in arcis capella con-
gregati memoriam defunctorum Marti-
ris celebrandam decernunt. Postea Ar-
chiepiscopi Palatum atque Ecclesiastico-
rum ædes diripiunt, pluresque trucidant.

§. CXLII.

*Epistola Nobilium Bohemicæ ad Sy-
nodum.*

Non multo post tempore Bohemiæ Pro- Æn. Sylv.
L 4 Ceres l. 5. p. 214.